

tatus Origenes. Inter eos, ait, qui ad explorandum missi sunt, nomen eius Aufe scribitur. Et forsassis pro exploratoris officio, non Iesus, sed Aufe dictus est. Propius ad nostram quaestionem accedamus.

QVÆSTIO VIII.

Quare Scribae, & Pharisei veniunt ad Christum, & hanc quaestionem proponunt?

RESPONDEO. Primò. Quòd hæc quaestio de non lotis manibus excitata est à Scribis, & Phariseis ex magna eorum ignorantia; nam aliorum, qui sub tua potestate non sunt, velle mores corrigere, ac emendare, res indecens, ac multis exposita periculis, & dissensionibus est: habe potestatem, & tunc ad increpandum procedes. Populo Israëlitico ait Moyses Deuter. 7. n. 1. Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingrederis, tradideritq. gentes Dominus Deus tuus tibi, percussit eas. Quin potius hæc facies eis: Aras eorum subvertite, & confringite statuas, lucosq. succidite, & sculptilia comburite. Cur statim in primo ingressu non mandat Dominus aras, lucos, ac imagines inanum deorum subvertere: cur per aliquod tempus patitur, vt populus electus commoretur in terra tot falsorum deorum monumentis infecta? Quomodo permittitur, quod in eodem folio ab Israëlitica verus Deus adoretur, & ab incircunciso Chanaanæ idololum? Quorsum ergo mandat, quod prius terram possideat, & postea idola subuertat? Vt his instruamur, quod ab illis est abstinendum, in quos potestatem non habemus: prius ergo curandum, vt superioritatem, ac dominationem in eos obtineamus; & tunc ad illorum prauos mores corrigendos, ac malas herbas eradicandas procedendum. D. Augustinus serm. 6. de verbis Domini, cap. 11. Audistis, qua vobis legitur: Cum data fuerit vobis terra in potestatem (Prius ait, in potestatem, & sic dixit, qua facienda sum) Aras, inquit, eorum destruetis, lucos eorum comminuetis, & omnes titulos eorum confringetis. Cum acceperitis potestatem, hoc facite. Vbi nobis non est data potestas, non facimus; vbi data est, non pratermittimus.

Secundò. Pharisei mundano spiritu ferebantur, qui alios denigrare volebant, vt ipsi nitidius perlucere. Humana calliditas alienam depreffionem, suam reputat exaltationem; & aliorum deuenustationem, suam iudicat exornatum: quod extremam esse miseriam, rectè scribit Nazianzenus, Orat. 2. de Pace. Extrema quippe miseria est, ait, non propriis vitiis, sed aliorum imbecillitate niti. Quàm aliter ergo sublimius nitet Apostolica gloria! In Actis Apostolorum, cap. 5. num. 15. Ita vt in plateis egerent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis, vt veniente Petro obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Præclare S. Theophilus Alexandrinus de celebratione Paschæ. Apostolica umbra non obfuscat, sed in vitam inducit. Hæc est magna cellitudo, quæ alios non obscurat, sed sine aliquius diminutione, seu potius subleuatione ipsa niter, & resplendet: hæc enim non nititur alieno dedecore, aut infamia, sed sua virtute, & gloria. Tertio. Scribae, & Pharisei, cum essent iam

ætate prouecti, dolebant maximè, Christum in ætatis adolefcentia illis communi populi opinione præponi. Vnde tanquam de antiquitate solliciti, in ipsoque longo temporis interuallo confidentes, inuidia stimulat, velut sub majorum reuerentia ponunt: Quare transgrediuntur traditiones seniorum? Vnde rigidè à Domino reprehenduntur; hypocritæque vocantur, vt patet ex subjunctis verbis. Valde enim intolerabile est, sub prætextu senectutis duntaxat, omnibus velle dominari, & iuuenum actiones, etiam virtute conspicuas, quia eorum authoritati non coherent, corrodere, & carpere.

Quàm diuersum, & omnibus vile documentum nobis inculcat Ioannes Euangelista Apoc. 5. num. 1. Vidit enim ipse in dexteram sedentis super excelsum thronum librum scriptum intus, & foris, signatum sigillis septem; & cum nemo, nec in Cælo, nec in Terra, neque subtus terram dignus inuentus esset aperire librum, & soluere signacula eius. Tunc Euangelista ait: Et ego stebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, & soluere signacula eius. Cum in hos fletus Euangelista prorumperet, ab vno ex senioribus dictum est ei, vt se à lachrymis temperaret; dignus enim erat Agnus aperire librum. Ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum Agnum stantem tanquam occisum. Qui venit, & accepit librum, illumque referauit, eiusque mysteria euulgauit. Duo in præsentia quaero. Et primò: Cùm Christus D. introducitur mysteria explanans in puerili, ac iuuenili ætate agni; non vero in virili, ac perfecta ætate triginta trium annorum, in qua pro nobis Redemptionis mysterium adimpleuit; quod præfiguratum fuit in celebri sacrificio, in quo Abrahamus arietem immolauit. Vidit post tergum arietem inter vepres harentem cornibus, Gen. 22. num. 13. Vel sub senili ætate, vt apud Daniëlem 7. num. 9. Antiquus diurnum sedit, & capilli capitis eius quasi lana munda. Deinde quaero: Cur nullus ex senioribus audeat extendere manum ad librum, illumque referare; nullusque ex illis ad exponenda sacramenta se offert, sed omnes prompto animo expectant, vt à iuuenulo instruantur, ac edoceantur? Vt in hoc nobis magnum præbeant exemplar; quod nullus prouecta ætate confusus audeat manum leuare ad ea, quæ non attingit; sed quòd quilibet sedulo, ac obediendi animo sit præparatus edoceri in magnis ab illo, qui potens sit proferre, siue pter, siue adolefens, vel senex existat. Huc adduco id, quod eleganter dixit D. Ambrosius, lib. 3. ad Gratian. relatus à Vincentio Lyrensi contra prophanas Hæreticorum nouitates. Notandum, ait, quòd librum signatum illum propheticum, non seniores aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prerogatiua seruata est.

Quartò. Ex quadam pestifera maleuolentia Scribae, & Pharisei arguunt in præsentia sacros Apostolos: nam estò videretur aliquis defæctus, non lotis manibus manducare; tamen leuissima erat culpa; quæ proinde dissimulanda videbatur, cum humana infirmitas nil ad perfectum semper adducat; ordinariè enim loquendo, nullus est in hac vita, qui sua nota careat.

Ait Apostolus ad Rom. 13. num. 3. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Quid dicis, magne Paule? Quid offers in hoc tuo pronuntiato? nunquid laudis desiderio bonum agendum est? hoc frequenter ab

Prætextu senectutis nollet alijs dominari.

44. Apoc. 5.

Genes. 22.

Daniel. 7.

Nullus aetate confusus audeat manum leuare ad ea, quæ non attingit; sed quòd quilibet sedulo, ac obediendi animo sit præparatus edoceri in magnis ab illo, qui potens sit proferre, siue pter, siue adolefens, vel senex existat. Huc adduco id, quod eleganter dixit D. Ambrosius, lib. 3. ad Gratian. relatus à Vincentio Lyrensi contra prophanas Hæreticorum nouitates. Notandum, ait, quòd librum signatum illum propheticum, non seniores aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prerogatiua seruata est.

D. Ambros.

45.

Quilibet suu patitur defectum.

46. Ad Rom. 13.

Aliquod leuius permitrendum, vt maius malum auferatur.

Greg. Magn.

eximio Apostoli spiritu reprobatur. ne simus inanis gloriae cupidi: quomodo ergo ait, bonum fac, & habebis laudem? Gentium Doctor agnoscens humanam imbecillitatem, quod omnem perfectionem assequi non valeat, permittit id, quod leuius erat, vt auferret, ac expungeret per operationem boni, malum, quod turpius consistebat, ac maius nocumentum ingerebat. D. Gregorius Magnus in Pastoralis cap. 4. post Admonitionem 36. præfata verba Apostoli explanans, sic subdit. Neque enim, ait, ideo bona agenda sunt, vt per hæc gloria transitorie laudis sumatur: sed cum infirmam mentem ad tantum robur ascendere non posse pensaret, vt prauitatem vitaret, simul & laudem Prædicator egregius ei adinuendo, aliquid obtinuit, & aliquid tulit, concedendo enim leuia subtraxit acriora. Cum valde difficile sit, vt humana mens omnem prauitatem deuitet, minus ergo nocumentum permittit magnus Doctor, vt maius auferret.

Matth. 15. num. 3. Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatū Dei propter traditionem vestram? nam Deus dixit:

Num. 4. Honora patrem, & matrem. Et qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.

VERSIONES.

Arabicus. Transgredimini mandata Dei propter statuta vestra.

Luc. Burgens. Per traditionem vestram. Vatabl. Arias Nam Deus præcepit

Syriacus n. 4. Honora patrem, & matrem tuam; & qui maledixerit patri suo, aut matri suæ.

Arabicus. Qui dicit verbum malum in patrem suum, vel matrem suam.

Hebraeus. Moriendo morietur.

EXPOSITIO II.

47. Hugo.

NON respondet illis Dominus directè; sed quia illi interrogando criminauerant Discipulos, vt ait Hugo, ideo etiam illis inquisitiuam obicit interrogationem, eoque tacite sugillat, ostendens, ipsos potius esse arguendos, quàm Discipulos, & quòd non oporteat manus corporis materiali aqua lauari, sed manus cordis eleemosynis. Quare vos transgredimini mandatum Dei? Eos primo confusos reddit, ac eorum temerariam audaciam reprimit, aperto documento ostendens, eorum traditiones esse malas, ac iniqtas, Deique mandatis repugnantes: propter traditionem vestram: seu, vt alij legunt, per traditionem vestram; per, idem est, ac propter. Et non dixit Christus, propter traditionem seniorum, vt ipsi fuerant locuti; sed propter traditionem vestram: quia illæ traditiones non erant diuinæ, nec patriarchales contentæ in libris Moylis, Psalmodum,

Cur dixit traditionem vestram.

Isaia, vel Ieremiæ, vel aliorum Prophetarum, sed paulo ante ab ipsis fuerant inuenta, vt dixi q. 2. Chrysofomus homil. 52. ait: Non dixit, seniorum traditionem, sed vestram: nec quia seniores, sed quia vos dicitis, vt minus molestus sermo videretur. Non dixit seniorum, sed vestram, vt sermo non tam asper, sed minus exosus haberetur.

Nam Deus dixit, seu præcepit, vt alij legunt, Honora patrem tuum, & matrem. Hoc est, vt communiter explicant Patres Chrysofomus, Paschasius, Euthymius, S. Thomas, opem, beneficentiam, ac eleemosynam exhibe parenti tuo, si indigeat. Honor filiorum erga parentes tria continet, reuerentiam, obedientiam, & beneficentiam, vt explicatur Deuter. 5. num. 16. Vnde illud Exodi 20. num. 12. Honora patrem tuum, & matrem tuam: legi potest ex Hebræo, vt aduertit Oleaster: Honora patrem tuum, & matrem tuam. Sicque explicat D. Hieronymus epist. 11. ad Agruchiam. illud 1. ad Timoth. 5. num. 5. Viduas honora. Et ibidem illud num. 17. Presbyteri duplici honore digni habeantur. Ait S. Hieronymus: Honor in præsentiarum, vel pro eleemosynis, vel pro munere accipitur. Vnde 1. Regum 6. num. 3. Nolite dimittere Arcam vacuum. Eleganter explicat Carthusianus: Nolite dimittere eam in honoratam. Ecce honor, quem lex iubebat parentibus indigentibus impendi. Iudæi autem per suas traditiones dicebant, vt huiusmodi dona, parentibus conferenda, in Templum ob suas commoditates asportarentur. Et sic per suas traditiones Dei præceptum violabant. De quo latius exposuit, sequenti.

Qui maledixerit patri, vel matri, id est, qui iniurioso verbo de honestauerit parentes, morte morietur; absque vlla spe veniæ morietur. Nec enim dignus est vita, qui eos iniuria afficit, à quibus vitam accepit. Leuit. 20. num. 9. Senlus est: Si is, qui maledico ore dedecorat patrem, vel matrem, per legem reus mortis efficitur, quantò magis erit morti addictus ille, qui eis malefecerit, eisque surripuerit sustentationem ex iure naturæ debitam: immò nob solum surripit, sed etiam è cathedra, vt magister, id alios docet, ad hocque exhortatur.

QVÆSTIO IX.

Quare Christus directè non respondit ad accusationem Pharisaorum, sed eis sua crimina obijcit.

VOLEBAT Dominus in præsentia, suos Discipulos defendere à Pharisaorum accusatione. Quorsum ergo ait: Quare vos transgredimini mandatum Dei? Hoc enim videtur, non planè respondere: nam accumulare inconuenientia, non est soluere inconueniens, criminâque obijcere, non est diluere culpas.

Respondeo. Primò. Quòd humana malitia nulli euidentiæ, nullique rationi acquiescit: & ideo Christus Dominus primò Phariseos, & Scribas confusos reddidit, illisque sua crimina obicit, cum ob hominum traditiones mandata Dei transgrediantur; & postea à num. 11. ostendit, quod in Discipulis suis, in hac manu lotionem prætermisissa, nulla sit culpa: Non quod intrat in os conquinat hominem.

Secundò. D. Chrysofomus, Euthymius, Abulensis q. 16. inquit, quod valde mirabiliter se Domi

D. Chrysof.

48.

D. Chrysof. Paschas. Euthym. & Thom.

Deuter. 5. Exod. 20. Oloaster.

D. Hieron. 1 Tim. 5.

D. Hieron. Honor cum munere exhibeatur. 1. Reg. 6. Carthul.

49. Leuit. 20.

50. Ratio dubitandi.

51. Ratio ad litteram.

52. D. Chrysof. Euthym. Abulens. Domi

41. Ne corrigat potestatem habe.

Deuter. 7.

D. August.

42. Magna miseria, de alioru denigratiōe nitescere.

Nazianz.

Act. 5.

Theophil.

43.



Dominus in hoc negotio gessit : Nam , si directè responderet ; aut diceret , quòd Apostoli non lau- uando manus bene faciebant , aut malè : si dice- ret, quòd malè ; sine dubio suos Discipulos , ac se ipsum accusaret , & vanas Iudæorum traditiones videretur approbare. Si autem diceret, quòd bene faciebant non lauando manus ; sic vituperaret Iudæorum traditiones , ac sine necessitate in eorum inuidiam , ac malevolentiam incurreret Sic & Chris- tus Dominus, eiectis vendentibus , & ementibus de templo, cum ab eo quærentur Populi seniores, in qua potestate hæc facis ? Respondens Iesus dixit eis : Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quem si dixeritis mihi , & ego vobis dicam , in qua potestate hæc facio, Matth. 21. num. 24. Posuit Dominus quæstionem : an Ioannis Baptismus esset à Cælo, vel ab hominibus ? Et cum Iudæi responderent : nescimus : dixit eis Iesus : Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. Et ita hac quæstione ab impio- rum lingua subtraxit materiam, impiorumque ora obturauit.

Matth. 21.

Ab impijs de- trahendi ma- teria subtra- henda.

53. Chrysof. Hieron. S. Thom.

Maath 7.

54. Carthuf.

Isaia 11. Pfalm. 71.

Domi causam pauperum suscipit.

55. Caictan.

Arguentes arguuntur.

56.

Tertiò. Idem Chrysofotomus, S. Hieronymus, D. Thomas : Dominus, inquit, non respondet excu- sando Discipulos : sed ostendit, quòd ipsi non sunt digni, qui reprehendant eos. Quia quando quis debet alium admonere, vel corrigere de aliquo defectu, debet prius illo consistere. Dicitur enim Matth. 7. num. 5. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo; & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Et tamen Pharisæi in multo maiora crimina inci- derant, legis sensum cotrumpendo, ad quorum comparisonem, non lauare manus, estò aliquis videretur esse defectus, minimum quid erat. Ideo qui tantis criminibus implicabantur, non licebat eis Domini Discipulos coarguere. Ac proinde eos exclusit Dominus tanquam non idoneos corre- ctiores.

Quartò. Carthusianus. Non ex impatientia, ait, sed ex zelo iustitiæ taliter Christus respondet, innocentes excusando, & inuidos, ac præuaricato- res accusando, vt adimpleretur, quod per Isaiam dicitur cap. 11. num. 4. Indicabit in iustitia paupe- res, & arguet in equitate pro mansuetis terra, Pl. 71. num. 4. Indicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Ecce Dei iudicium, pauperum, & mansuetorum causam suscipere; calumniatores, & superbos humiliare : è contra vero mundani faciunt; hos exaltant, illos opprimunt.

Quintò. Caietanus. Clauum, ait, clauo retin- dit Dominus. Si Scribe interrogassent causam, respon- disse ad causam; sed ubi non querunt scire quare, sed criminantur, & inuehuntur in Magistrum innocen- tiam; prætermissa causa, quare Discipuli non seruauit illam traditionem, respondet directè ad criminatio- nem, monstrando illis magnum ipsorum crimen in tan- to studio circa traditiones seniorum. Videbat Domi- nus Pharisæorum deprauatam mentem, quod val- de probi, & inculpabiles à se ipsis existimati illud dicebant, non vt scirent causam, quare Discipuli sine manu lotione manducabant, sed vt Disci- pulos arguerent. Ideo Dominus illis eorum crimina objicit, vt eorum præsumptionem humiliet, ac prosternat, vt que ex obseruanda traditione, de qua multum gloriabantur, ipsi videant, quantum ma- lum contraxerint; cum ob illam Dei legem vio- lauerint.

Sextò. Scribæ, & Pharisæi Domini Discipulos accusabant quòd manducantes panem manus non lauabant, vt sic Discipulos culpa infectos dice-

rent, & publicarent, Christus D. autem Pharisæis, & Scribis objicit sua peccata. Accusatio, quam iniquus tetendit in iustos, in ipsummet illa resilit; & mala, quæ parat in eos, in ipsummet peccatorem retrocedunt. Vnde eleganter Seneca lib. 2. de iniuria non cadente in sapientem, ait. Tam citra sapien- tem omnes terrenorum impetus deficient, quam qua neruo, tormentisue in altum expromuntur; cum extra visum exilierunt, citra Cælum tamen stantur. Sag- gitæ missæ in Cælum, in ipsum sagittarium re- deunt. Sic & mala vibrata in iustos, in tenden- tem reflectuntur.

Mala parata in iustos, in machinantes resiliunt.

Seneca.

57. Ioan. 19.

Mala illata in iustos, in inferentes reuerberantur.

D. Athan.

58.

Matth. 27.

Jerem. 11.

Arabicus.

Hieron. Theodor. Terrull. D. Cyprian. D. Iustin.

Recidit mala in Proditorè.

D. Leo.

Flagellato Iesu, instabant Iudæi, vt ipse cruci- fieretur. Tunc ait Ioannes 19. num. 8. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit. Chris- tus Iesus tanquam reus astabat; & tamen intrep- idus, ac valde quieto animo consistebat. E contra vero Iudex pro tribunali sedebat; & tamen multo tremore, ac timore cruciatur. Quid times, Iu- dex ? Videbat Christi innocentiam, ac proinde cohortebat pœnam, quam in immerentem infere- bat, vt in semetipsum retorquendam. Sciebat enim, mala, in innocentem illata, in inferentes re- uerberari. Pulchrè D. Athanasius in Euangel. de Passione. Timuit igitur iudex, ait, reum suum, & magis quam ipse reus videbatur condemnari, me- tumque in se hominis condemnati sensit, atque ipse- met suam in Christum, quasi in se latam, senten- tiam cohorruit.

Tradidit Dominum Iesum ad mortem perfidus Iudas. Videns nefas grande, quòd ipse fecerat, abiit ad principes Sacerdotum; Proiecit argentis in templo, abiens laqueo se suspendit, Matth. 27. n. 5. Quomodo sic præceptum ruit in mortem, ac furcam? Nonne paulo ante Iudæorum turbæ ipse dicebat : Circumuectus iustum, mittimus lignum in panem eius, Jeremie 11. num. 19. Hoc est, loco panis pa- scamus eum ligno, seu Cruce. Vnde Arabicus leg- it : Corrumpanus per trabem carnis eius. Sic ex- ponunt D. Hieronymus, & Theodorètic hic, Ter- tullianus lib. contra Iudæos, cap. 10. D. Cyprianus lib. 2. contra Iudæos cap. 15. D. Iustinus contra Tri- phon. Quomodo ergo, qui mortem machinaba- tur iusto, lignumque, seu trabem in eum mittere parabat, iusto parit dicens: Peccavi iusti sanguinem tradens : & ad patibulum, ac furcam currit ? Cur potius ad eius pietatem non confugis, cuius beni- gnitatem toties eras expettus ? Optime sanè con- sequens erat, vt lignum, quod Proditor mittebat in Iustum, in ipsummet Proditorum retrocederet, ab illoque suspensus premeretur. D. Leo serm. 3. de Passione, cap. 3. Cur, ait, de eius bonitate dissi- dis, qui te à corporis, & sanguinis sui communionem non repulit ? Qui tibi, ad comprehendendum se, cum turbis, & armatorum cohorte venienti, pacis osculum non ne- gavit ? Sed homo inconvertibilis, cordis sui secutus est rabiem, & stans diabolo à dextris eius, iniquita- tem, quam in Sanctorum omnium caput armauerat, in tuum verticem retorquisti, vt te pateretur tua pœna carnificem. Quid elegantius ? expende verba : In tuum verticem retorquisti.

Matth. 15. Vos autem dicitis : Qui- cumque dixerit patri, vel matri, munus, quodcum- que est ex me, tibi pro- derit.

Num. 6. Et non honorificabit pa- trem suum, aut matrem suam.

suam. Et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

VERSIONES.

- Syriacus. Vos autem dicitis : Qui- quis dixerit patri, aut ma- tri : Oblatio mea est id, quod tibi proderit ex me.
- Vatablus. Quicumque dixerit patri, aut matri : Dono, quod- cumque à me proficiscit- tur, tu inuaberis.
- Theophylact. Dixerit patri, vel matri : Quicquid doni à me profecturum erat, id in tuum vertetur commo- dum.
- Euthymius. Munus quodcumque ex me in tuum vertetur commodum.
- Syriacus n. 6. Et abrogastis sermonem Dei.
- Pagninus. Irritum fecistis præceptum Dei.

ALTER TEXTVS.

- Marci 7. n. 12. Vos autem dicitis : Si dix- erit homo patri, aut matri : Corban ( quod est do- num ) quodcumque ex me tibi profuerit.
- Num. 12. Et ultra non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri.
- Num. 13. Rescindentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidistis : & simi- lia huiusmodi multa fa- citis.

EXPOSITIO III.

59.



Maldonatus, Barradas, Rabbanus, D. Thomas, Glosa Ordinar, Abulensis, Lyranus, Ianfenius, Maldonatus, Barradas, Cornelius.

60.

Albertus Magnus.

VI dixerit patri, vel matri. Locus multum difficilis, multis auctorum expositionibus plenus, quorum placita satis ad longum referunt Maldonatus, Barradas, & alij. Sensus litteralis est, iuxta Rabbanum, D. Thomam, Glos- sam Ordinariam, Abulensem, Lyranum, Ianse- nium, Maldonatum, Barradas, Cornelium, & alios. Quicumque dixerit patri, vel matri : Munus, quod- cumque est ex me, tibi proderit. Subintelligendum benefacit, benedicit. Ac si diceret filius : Munus, quodcumque est ex me, id est, quodlibet munus, quod ego obtulero, vel promiserò ; hoc tam mihi quam tibi Pater, vel Mater, in animo, & corpore, hoc est spiritualiter, & temporaliter proderit ; ra- tione enim huius muneris Deus vicissim sua do- na mihi, & tibi concedet. Hanc doctrinam dabant populo Sacerdotes, è quibus multi Pharisæi, & Scribæ erant. Casus traditionis erat, vt ait Albertus Magnus.

Quis vouit oblationem Deo, cum eius parentes extrema necessitate laborarent, non valens om- nibus satisfacere : dicebant Sacerdotes, quòd re- licitis parentibus in egestate, debebat adimplere votum. Hoc dicebant Sacerdotes, non propter amorem cultus Dei, sed vt suæ auaritiæ consule- rent, quia partem habebant in Sacrificiis. In quo apertè ipsi Sacerdotes errabant : vinculum enim, ac ius pietatis, quo filij egentes parentes alere te- nentur, ex Lege naturæ est, cui proinde omne vo- tum, omnisque oblatio, omneque aliud vinculum, iure diuino, vel humano inductum, cedere de- bet. Sic Prouerb. 28. num. 24. dicitur : Qui subtra- hit aliquid à patre, & matre, & dicit, hoc non esse peccatum, particeps est homicida. Quod de filiis negantibus alimenta parentibus indigentibus in- terpretantur Lyranus, Hugo, Dionysius, & alij; sic- que docet D. Thomas hic, quòd ob extremam pa- rentum inopiam filius à Religione egredi tenetur. Et sic D. Augustinus, teste Possidonio in eius vita cap. 24. hæreditates suæ Ecclesiæ oblatas recusauit, vt eas parentibus, ac affinibus egentibus distri- buerent.

Prouerb. 28. Lyranus, Hugo, Dionysius, D. Thomas, D. August.

D. Marcus posuit : Corban (quod est donum :) Euangelista retinuit Hebraicam vocem, qua fre- quenter utebantur Iudæi pro forma, siue voti, siue iuramenti. Iosephus lib. 4. Antiquit, cap. 4. re- fert, quosdam eorum, qui se Dei ministerio sponte deuouerunt, solere nominare se ipsos Corban, id est Dei donum. Et lib. 1. contra Appionem post medium, testatur; Iulianandum, quod Corban, ap- pellatur. Vnde Gazophylacium, in quo reponen- tur oblationes populi, Metonymicè dicitur Corban, seu Corbona Matth. 27. num. 6. Parentibus ergo petentibus cibum, dicere Corban, erat eorum oc- cludere ora, metum injiciendo, ne Deo suum Cor- ban, seu sacrificium, vel oblationem etiperent.

61. D. Marcus, Iosephus.

Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam. Et sic hac vestra doctrina filius non obser- uabit mandatum Dei de honorandis patre, & matre; nam huiusmodi præceptum comprehendit omnem curationem, ac reuerentiam erga parentes. Et vos, vt scribit D. Marcus, non dimittitis eum quidquam facere patri, aut matri. Et sic ob autori- tatem conseruandam traditionis vestræ, irritum fe- cistis mandatum Dei. Sic enim ex Græco legitur, irritum fecistis, id est exauctorastis, seu antiqua- stis, seu abrogastis Dei mandatum.

62. D. Marcus, Græcus.

- Matth. 15. n. 7. Hypocritæ benè prophe- tauit de vobis Isaias di- cens :
- Num. 8. Populus hic labijs me hono- rat; cor autem eorum lon- gè est à me.
- Num. 9. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.

VERSIONES.

- Syriacus n. 7. Acceptores vultus benè va- ticinatus est.
- Arias. Pulchrè prophetanit.
- Vatablus. Rectè de vobis prædixit
- Arabicus n. 8. Hic populus propinquus est mihi ore suo, & honorat me